



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 35. Jesuitæ ad Regium Senatum provocantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

JESUITÆ. „Sumus in Gallia tales, qua- Sæcul. XVI.
 „les nos nominavit suprema Curia, A.C. 1565.
 „nempe Societas Collegii, quod Cla-
 „romontense appellatur. „

RECTOR. „An re ipsa estis Monachi, an
 „Seculares?

JESUITÆ. „Non est præsentis Congre-
 „gationis illud a nobis exposcere. „

RECTOR. „Estisne revera Monachi, Re-
 „gulares, an Seculares? „

JESUITÆ. „Jam sæpius ad hoc respon-
 „dimus. Sumus tales, quales nos
 „nominat Curia, neque tenemur ad
 „id respondere. „

RECTOR. „De nomine nullum respon-
 „sum datis: de re autem dicitis non
 „velle vos respondere: Senatus-Con-
 „sultum vero prohibuit, ne utamini
 „vocabulo Jesuitarum, aut Societa-
 „tis nominis Jesu. „

JESUITÆ. „Non immoramur circa
 „quæstionem de nomine, potestis
 „nos vocare in jus, si aliud nomen
 „assumimus contra determinationem
 „Edicti. „

§. XXXV.

*Jesuitæ ad Regium Senatum pro-
 vocantes.*

Universitas parum hisce responsis con-
 tenta Jesuitas a Facultatis consor-

Ee 3 tio

Sæcul. XVI.
A.C 1565.

tio excludere statuit, conclusitque, quod
omni severitate in eos agendum, ac
Scholaribus indicta pœna exclusionis
ab omnibus Universitatis privilegiis om-
nino inhibendum, ne eorum Scholas
frequentent: ast Jesuitæ hujus senten-
tiæ executionem præpedituri quanto-
cius libellum supplicem Regio Senatui
porrigunt, petuntque, ut scholastica
exercitia prosequi ipsis integrum esset:
postquam igitur hic libellus generali
Regis Procuratori tradebatur, hic pro-
hibebat, ne quicquam novum nisi au-
ditis partibus attentaretur, donec a
Senatu aliter hac in re fuerit decre-
tum: eapropter Universitas Stephanum
Pasquerium in suum seligebat Advocata-
tum, atque ex qualibet facultate quos-
dam deputabat, qui hanc litem pro-
sequerentur: ideo nominabat Facultas
Theologica Pelleterium, & Fabrum,
eisque Vassorium, & Guastum adjun-
gebat: Parisienses vero Parochi eodem
tempore libellum supplicem Regio Se-
natui porrigebant pro Universitate per-
orantes, simulque petentes, ut Socie-
tatis Patres Parisiis nec tanquam Re-
gulares, nec sub Collegii, vel Socie-
tatis nomine reciperentur: Eustachius
quoque Bellajus Parisiensis Episcopus,
Mercatorum Præfectus, & ædiles,
nec

necnon Cardinalis (*) Castillionæus Episcopus Bellovacensis Conservator privilegiorum Universitatis, uterque Cancellarius tum Universitatis, tum S. Genovesæ, atque Nosocomiorum Rectores, & Ordines Mendicantium supplices quoque libellos obtulerunt, & Advocatos sibi selegerunt, qui in hac causa peroraverunt adversus eosdem Patres.

Sæcul. XVI.
A. C. 1565.

§. XXXVI.

Molinæi judicium circa hoc negotium.

Priusquam hæc causa in iudicio agitabatur, Universitas Caroli Molinæi (***) consilium expetebat, hic vero cum ejus consultatio, tum descripta, typis dein divulgata fuisset, hunc in modum respondit: „Jure merito Facultas novam litem contra Jesuitas eo fine movet, ut illos, ne docerent, præpediret, eo quod hi novam in Ecclesia societatem constituent:„ porro hoc suum judicium hic idem Jurisconsultus sequentibus firmabat rationibus. I. Hi

E e 4 Patres

(*) NB. Hic erat apostata ille.

(**) Hic erat ille, qui propter hæresis suspicionem jam sæpius in quæstionem vocatus, atque inclusus fuit: verum ejusmodi hominum opera semper utilis est, quoties agitur de vexandis Ecclesiasticis.